Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Benedicamus dno. Initium sci euangelii secundum matheum. Liber generationis ihu xpi filii dauid filii abraham. Abraham autem genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob. Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Iudas autem genuit phares et zara de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de rachab. Booz autem genuit obed de ruth. Obed autem genuit iesse. Iesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem ex ea que fuit urie. Salomon autem genuit roboam. Roboam autem genuit abyam. Abya autem genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Iosaphat autem genuit ioram. Ioram autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioatham. Ioatham autem genuit achaz. Achaz autem genuit ezechyam. Ezechias autem genuit manassen. Manasses autem genuit amon. Amon autem genuit iosiam. Iosyas autem genuit iechonyam et fratres eius. Usque ad transmigrationem babylonis. Et post transmigrationem babylonis iechonyas genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achym. Achym autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph virum marie. De qua natus est ihs qui uocatur xpc. Et de dno laudamus. Secundum Lucam fulget hec

In primo mane. c.

ho[illegible] die[illegible] sui per nos quia natus est nobis do[illegible] minus et uocabitur admirabilis de[illegible] uis princeps pacis pater futuri se[illegible] culi cuius regni non erit finis. ℣ Dominus regnauit decorem in.

Oa qs omipc ds ut qui noua incarnati uerbi tui luce pfundimur hoc in nro resplendeat opere quod pfidem fulget in mente. Per.

Oa qs omipc ds ut qui beate at uirginis tue sollempnia colimus eius apiti te patrocinia sentiamus. Per.

Hec dicit dns. lectio ysaie. xlpe.

Sps dni sup me eo qd unxit me. Ad annunciandum mansuetis misit me ut medeter contritis corde. et predicare captiuis indulgentiam et clausis apertionem ut predicare annum placabilem dno et diem ultionis deo nro ut consolarer omes lugentes et ponere fortitudinem lugentib. syon. et dare eis coronam pro cinere. oleum gaudii pro luctu. pallium laudis pro spiritu merore. Et uocabunt in ea